

ut si invenirent complicem Petri Acacium, dannarent eos. Qui dum introissent in civitatem Heracleam, corrupti sunt pecunia, data supra dictis Episcopis, & non fecerunt secundum praeceptum Sedis Apostolicae. Venientibus vero Romanis ab Sedem Apostolicam eodem tempore venerabilis Felix Papa fecit Synodum, (4) & operata est discussio, & invenit indicium ambos (5) Episcopos, idest, Mefenum, & Vitalem reos, & corruptos pecunia, & ejecit (6) Mefenum, & Vitalem Episcopos a communione. Tunc Mefenus Episcopus non fecit corruptum pecunia (7). Hoc factum est tempore Odoaci Regis. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per mensem Decembrem, Presbyteros viginti octo, Diaconos quinque, Episcopos per diversa loca numero triginta & unum. (8) Hic sepultus est in Basilica Beati Pauli Apostoli, & cestavii Episcopatus dies quinque. Et post transitum ejus factum est a Presbyteris, & Diaconibus constitutum de omni Ecclesia, ut nullus aliquando in ea causa praesumeret se festinum ostendere de ea re, quæ aliquando ad requisitionem pervenire debet. (9)

L. S. GELASIUS.

ANNO CHRISTI 482.

ANASTASII IMP. I. ODOACRIS REG. 16.

Gelasius, natione Afer, ex patre Valerio, fedit annos quatuor, menses octo, (1) dies novem. Fuit autem temporibus Theodosici Regis, & Zenonis Augusti. Hujus temporibus inventa est Ecclesia Sancti Angeli in Monte Gargano. (2) Hujus temporibus inventi sunt Manichæi in urbe Roma, quos exilio deportari præcepit. Quorum codices ante fines Basilicæ Sanctæ Mariae incendio concrevavit. Hic sub gestam Synodicam revocavit Mefenum Episcopum ad communionem, & restituit eum Ecclesiæ suæ sub satisfactione libelli, & purgatus est receptus. Hic fuit amator cleri, & pauperum, & clerum ampliavit. Hic liberavit à periculo, & fame civitatem Romanam. Hic fecit constitutum de omni Ecclesia. Hujus temporibus iterum venit relatio de Græcia, (3)

- (4) B., & C. venientibus illis Romam præfatus Papa Synodus fecit, & facta est discussio, & invenit Episcopos &c.
 (5) A., & D. & invenit iudicium ambos.
 (6) A. & segregavit Mefenum &c.
 (7) B. tunc Mefenus Episcopus non retinuit corruptum se pecunia, cui concilium concessit tempus pœnitentiae &c., & ita in C.
 (8) B., & C. Episcopos per diversa loca XXX.
 (9) verba ut nullus usque ad finem non leguntur in A. B., & C.

GELASIUS.

(1) A. mens. VII. dies XVIII. B. dies XVIII.

C. mens. VIII. dies XVII.

(2) verba hujus temp. inventa est &c. usque ad illa hujus temp. inventi sunt &c. definiunt in A. B., & C.

(3) C. venit relatio de Ecclesia Græcia, quod &c.

(4) B. & Acacio Constantinopolim, eodem &c.

(5) B., & C. Jo. Alexandrinus Episcopus Catholicus venit &c.

(6) B. Apostolicam, quem B. Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & Sedem secundam præbuit. Ipsiis temporibus fecit Synodum, misit per tractum Orientis, & iterum misit, & damnavit in perpetuum Acacium & Petrum, si non pœnitenter sub satisfactione libelli, & postru-

A eo quod multa mala, & homicidia fierent à Petro, & Acacio. (4) Eodem tempore fugiens Joannes Alexandrinus (5) venit Romam ad Sedem Apostolicam. (6) Ipsiis temporibus Beatus Gelasius suscepit Joannem & iterum misit, & damnavit in perpetuum Acacium & Petrum, si non pœnitenter. Tamen expectans Sedis Apostolicae satisfactionem secundum humanitatem primæ Sedis Ecclesiæ. Hic dedicavit Basilicam Sanctæ Euphemiae martyris in civitate Tiburtina millario vigesimo ab urbe Roma. Dedicavit autem & Basilicam Sanctorum Nicandri, & Eleutherii (7) via Lavicana in fundum Villa pertusa; & aliam Basilicam Sanctæ Mariæ via Laurentina in fundum Crispini millario ab urbe Roma vigesimo. Sub hujus Episcopatu clerus crevit. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per menses (8) Februario, & Decembrio, Presbyteros triginta duos, Diaconos duos, Episcopos per diversa loca numero sexaginta septem. Qui etiam sepultus est in Basilica Beati Petri Apostoli II. calendas Decembrio. Hic fecit tractatus & hymnos, (9) sicut Beatus Ambrosius Episcopus, & libros (10) adversus Eutychen, & Nestorium, qui hodie in Bibliotheca, (11) & Ecclesiæ Archivo reconditi tenentur, (12) & post obitum ejus cœsavit Episcopatus dies octo. (13)

L. S. ANASTASIUS.

ANNO CHRISTI 497.

ANASTASII IMP. 7. THEODORICI R. 5.

Anastasius, natione Romanus, ex patre Petro, de regione Quinta Tauma caput tauri, fedit annum unum menses undecim (1) dies viginti quatuor. Hic fuit temporibus Theodosici Regis. Hic fecit (2) confessionem Beati Laurentii martyris ex argento, quæ pensabat libras centum. Eode tempore multi Clerici, & Presbyteri se a communione ipsius erexerunt, (3) eo quod communicasset sine consilio Episcoporum, (4) vel Cleri cunctæ Ecclesiæ Catholicæ, Diacono Thessalonicensi nomine Fotino, qui communis erat Acacio, & quia voluit occulte revocare Acacium, non potuit, qui autu divino percussus est. Hic fecit ordinationem

- larent pœnitentiam.
 C. quem B. Gelasius benigne suscepit: iterum misit præfatus Papa, & damnavit in perpetuum Acacium & Petrum, si non pœnitenter, expectabat enim Sedes Apostolica satisfactionem eorum secundum &c.
 (7) B. Eleutherii, & Andreæ in via lavicana in villa Perena.
 C. Eleutherii via lavicana in territorio ab urbe villa Pertusa.
 (8) C. per menses Januarii, & Decembrio.
 (9) B. fecit & hymnos in modum S. Ambrosii, & fecit quinque libros adversus Nestorium & Eutychem.
 (10) C. libros quinque adversus &c.
 (11) C. Qui hodie Bibliotheca Ecclesiæ Archivo &c.
 D. Qui hodie Bibliotheca dicitur.
 (12) B., & C. Item duos libros adversus Arium. Fecit etiam & Sacramentorum præfationes, & orationes cauto sermone, & Epitolas fidei delimitato sermone multas, & post obitum &c.
 (13) Dies VII. in A. B., & C.
- A N A S T A S I U S.
- (1) C. mens. X.
 (2) Hic ornavit confessionem.
 (3) A. ipius eruerunt. B. alienaverunt. C. subtraxerunt. D. eregerunt.
 (4) B. vel Presbyterorum, vel Diaconorum &c.